



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Caput 12. Quotidiana viuendi ratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

excitari ciborum appetentia, remittere tussis: nec tamen alias afflicti sui prætermisit rationes, quas ad consilium arbitri conscientia temperavit.

C A P V T XII.

Quotidiana piè viuendi ratio.

A Sceticis S. Ignatij commentationibus subinde feruorem spiritûs languentem excitabat, inde mentem persepe sacris meditationibus pascebat, è quibus fructum semper aliquem & pia colligebat proposita diurnas actiones quàm perfectissimè obeundi, Thomam Sanchez imitatus, cuius in vita moralibus eius operibus præfixa similia legerat documenta. Excerptam ea, quæ sibi quotidie præscripserat diligenter obseruanda.

Proposita & Regula quotidiæ.

[1. Nullum diem sine lectione sacra, *Lectio libri p. j.* id est, Scripturæ aut alterius libri spiritua-
lis, maximè Thomæ de Kempis, prætermittam; sed temporis aliquantulum, idq; commodissimum huic officio, deputabo.

2. Tem-

*Matuti-
na preces.*

2. Tempore matutino, tempore debito sine mora surgam è strato, maximè aduertam, vt euigilans mox animum uertam ad Deum, & primitias cogitationum Deo offeram, & actis breuiter gratijs omnia eius diei opera ad Dei Omnipotentis honorem offeram, gratiamq; ad id necessariam efflagitabo.

*Operis cu
iuslibet
intentio.*

3. Hoc quoq; per diem in omnibus functionibus, negotijs rebusq; omnib. cautè & diligenter aduertam, vt ad cuiusuis actionis initium mètem in Deum eleuem, & intentionem primi operis ad Dei honorem & maiorem gloriam dirigam, rogemq; eam acceptari in vnione operum & meritorum Christi Iesu.

*¶ vnio
cũ operi-
b^o Christi*

*Modestia
in Choro.*

4. In locis sacris piè, religiosè, & ad proximi ædificationem uiliter me geram, à fabulis omnibus abstinebo, sola solius pietatis & orationis mihi cura ibidem erit, alijs omnibus ab Ecclesia in locum alium ac tempus aliud relegatis.

*Maturi-
tas in con-
gressu.*

5. In conuersatione aliorum & colloquijs maturitatis cura mihi singularis erit, conaborq; loqui breuiter, grauiter, comiter, uiliter, de rebus maximè honorem aut famam proximi concernentibus parcissimè

ciffimè & cautiffimè loquar, verba inutilia, otiofa, non fatis honefta, aut aliquam turpis rei memoriam ingerere apta, diligentiffimè cauebo.

6. Ante preces & maximè ante diuinum *Oratio* officium feu publicè feu priuatè legendū, *præparatoria.* femper conabor instituta aliqua mentis collectione animum ad pietatem & deuotionem præparare, cogitans breuiter opus hoc effe vocationi & functioni proprium, ideoq; diligēter fideliterq; exequendum, vt Deo placeat, & proximis proficit.

C A P V T XIII.

*Castitatis inuiolatè feruanda ftudium,
& fuga mulierum.*

A Vreolam Virginitatis incorruptam feruare cū Dei gratia follicitè laborauit à teneris, gnarus quòd *incorruptio proximum facit Deo*, redditq; mortales fimiles cœlitibus, imò terrestres quosdam Angelos efficit, mentemque præparat & accommodat ad diuinæ sapientiæ dona copiosius recipienda. Ideo sanctiffimam **DEI** Genitricem **MARIAM**, **S. Vrsulam**, **S. Custodem Angelum**, Præsides *Mediæ castitatis cōseruanda* tuto-

tuto-